

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LXI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

xpo firmior. quis hoc insanissimus dixerit. Quid est ergo quod ille turbatus est nisi quia infirmos in suo corpore. hoc est in sua ecclesia suae infirmitatis uoluntaria similitudine consolatus est. ut si qui suorum adhuc morte imminente turbantur. in spu ipsum intueantur. ne hoc ipso se putantes reprobos. peiore desperationis morte sorbeantur. quantum itaq; bonum de participatione diuinitatis eius expectate & sperare debemus. cuius nos & perturbatio tranquillat. & infirmitas firmat. siue ergo istoloco ipsum iudam pereuntem miserando turbatus est. siue sua morte propinquante turbatus est. non est tamen ullomodo dubitandum. noneum animi infirmitate sed potestate turbatum. ne nobis desperatio salutis oriatur. quando non potestate sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatem. quae infirmitas resurrectione consumpta est; sed qui non solum homo uerum & iam dserat. ineffabili distantia uniuersum genus humanum animi fortitudine superabat; non ergo aliquo est cogente turbatus. sed turbauit sem&ipsum. quod de illo euidenter expressum est quando lazarus suscitauit. Nam ibi scriptum est. quod turbauerit sem&ipsum. ut hoc intellegatur & ubi non legitur scriptum. & tamen eum legitur fuisse turbatum; adfectum quippe humanum quando opportuisse iudicauit. in se ipso potestate commouit. qui hominem totum potestate suscepit.

INCIPIT SERMO LXI. DE EO QUOD DICIT. ASPICIEBANT ERGO AD INVICEM DISCIPULI HESITANTES DE QUO DICERET. USQ; AD ID. ET CUM INTINXISSET PANEM DEDIT IUOAE SIMONIS SCARIOTHIS ET POST PANEM INTINCTUM TUNC INTROIUIT IN

Hoc euangelii capitulum fr̄s ita nobis exponendum **ILLUSTRANS**. Hac lectione propositum est. ut iam & iam de traditore dñi per panem tinctum ei q; porrectum satis euidenter expresso. aliquid dicere debeamus; & de illo quidem quod eum iam demonstraturus ih̄s turbatus est spu. praeterito sermone disserui. sed fortassis quod ibi non dixi. & iam hoc nobis dñs significare sua perturbatione dignatus est. quod scilicet falsos fr̄s & dominici agri illa zizania ita necesse est usq; ad messis tempus inter frumenta tolerari. ut quando ex eis aliqua separari & iam ante messem urguens causa compellit. fieri sine ecclesiae perturbatione non possit; hanc perturbationem sc̄orum suorum per schismaticos & hereticos futuram. quodammodo praenuntians dñs praefigurauit in se ipso. cum extituro iuda homine malo & commixtionem frumenti in qua diu fuerat toleratus. separatione aperatissima relicturo turbatus est. non carne

sed spū, spiritualis enim eius in huiusmodi scandalis non per uersitate
 sed caritate turbantur. ne forte in separatione aliquorum zizaniorum
 simul aliquod eradicetur & triticum. Turbatus itaq. est ih̄s spū & pro
 testatus est & dixit. Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me.
 unus ex uobis numero non merito. specie non uirtute. Conmixtione cor
 porali. non uinculo spiritali. carnis ad iunctione. non cordis socius unitate.
 proinde non qui ex uobis est. sed qui ex uobis exiturus est. Nam quomodo
 erit uerum quod protestatus est dñs & dixit. unus ex uobis. si uerum est
 quod ait idem ipse in epistola sua cuius est hoc euangelium. ex nobis exi
 erunt sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis. mansissent utiq. no
 biscum. Non erat igitur ex illis iudas. mansisset enim cum illis si esset ex il
 lis. Quid est ergo. unus ex uobis tradet me. nisi unus ex uobis exiturus est
 qui tradet me. Quia & ille qui ait. Si fuissent ex nobis. mansissent utiq. nobis
 cum. iam dixerat. ex nobis exierunt. ac per hoc utrumq. uerum est. & ex
 nobis. & non ex nobis. secundum aliud ex nobis. secundum aliud non ex no
 bis. secundum communionem sacramentorum ex nobis. secundum
 suorum proprietate criminum non ex nobis. Aspiciebant ergo ad inui
 cem discipuli. hesitantes de quo diceret. sic quippe in eis erat erga magis
 trum suum pia caritas. ut tamen eos humana altera de altero stimula
 ret infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusq. conscientia. uerum tamen
 quia proximi erat ignota. ita sibi unus quisq. erat certus. ut incertus esset
 & ceteris singuli & in singulis ceteri. Erat ergo recumbens unus ex discipu
 lis eius in sinu ih̄u quem diligebat ih̄s. quid dixerat in sinu. Dñe quis est.
 qui te tradet. paulo post ait. ubi dicit super pectus ih̄u. ipse est iohannes
 cuius est hoc euangelium. sicut postea manifestat. erat enim haec eoru
 consuetudo qui sacras nobis litteras ministrant. ut quando ab aliquo eoru
 diuina narrabatur historia. cum ad se ipsum ueniret. tamquam de alio lo
 queretur. & sic se insereret ordini narrationis suae. tamquam rerum
 gestarum scriptor. non tamquam sui ipsius praedicator. Nam hoc & sc̄s
 matheus fecit. qui cum in textu narrationis suae uenisset ad se ipsum.
 Uidit inquit in theloneo sedentem quendam publicanum nomine
 mattheum. & ait illi. seque te me. non ait uidit me. & dixit mihi. hoc fecit
 & beatus moyses. ita de se ipso tamquam de alio cuncta narrauit. ut ait.
 Dixit dñs ad moysen. In uisitatione apostolus paulus non in historia ubi
 rerum gestarum suscipitur explicanda narratio. sed in epistola hoc
 fecit. nam utiq. de se ipso ait. Scio hominem in xp̄o ante annos quat
 tuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio dñs scit. raptum

eius modi usq. inter tunc caelum. quo circa quod & iam hic beatus euan-
gelista non ait. Eram recumbens in sinu ihu. sed ait. erat recumbens
unus ex discipulis. nostrorum auctorum consuetudinem agnoscamus
potius quam miremur. quidem deperit ueritati. quando & res ipsa di-
ctur. & modo quodam dicendi iactantia deittatur. hoc quippe narra-
bat. quod ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem quem
diligebat ihu. quasi alios non diligeret. De quibus idem ipse iohannes supe-
rius ait. in finem dilexit eos. & ipse dñs. maiorem hanc caritatem nemo
habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis. & quis enumeret om-
nia diuinarum testimoniarum paginarum. quibus dñs ihu non illius neq. eo-
rum quae tunc erant tantum sed & iam post futurorum membrorum
suorum & totius ecclesiae suae dilector ostenditur. sed profecto latet
hic aliquid & pertinet ad sinum in quo recumbebat qui ista dicebat. per
sinum quippe significatur quid aliud quam secretum. sed alius est
opportunior locus. ubi nobis dñs aliquid de hoc secreto quantum suf-
ficit dicere. Innuit ergo simon petrus & dicit ei. Notanda loquutio est di-
ci aliquid non sonando. sed tantum modo innuendo. Innuit inquit & dicit.
itaq. innuendo dicit. Si enim cogitando aliquid dicitur. sicut scriptura
loquitur. Dixerunt apud semet ipsos. quanto magis innuendo. ubi iam foras
qualibuscumq. signis promittitur. quod fuerat corde conceptum. quid ergo
dixit innuendo. quid nisi quod sequitur. Quis est de quo dicit haec uerba
petrus innuit. quia non sono uocis. sed motu corporis dixit. itaq. cum re-
cubuisse ille supra pectus ihu. hic est utaq. pectoris sinus sapientiae secretum.

Dicit ei. Dñe quis est. Respondit ihu. ille est cui tinctum panem porrexe-
ro. & cum tinxisset panem. dedit iudae simonis scariothis. & post panem tunc
introiit in illum satanas. expressus est traditor. nudatae sunt latebrae te-
nebrarum. Bonum est quod accepit. sed malo suo accepit. quia male bonum
malus accepit. uerum de isto pane tincto qui porrectus est ficto & de his
quae sequuntur. multa dicenda sunt. quibus necessarium est plus temporis
quam nunc habemus iam in istius fine sermonis.

**INCIPIT SERMO LXII. DE EO QUOD DICIT EI IHS. QUOD FACIS FAC-
CITUS USQ. AD ID. CUM ERGO EXISSET DICIT IHS NUNC CLARI-
FICATUS EST FILIUS HOMINIS.**

Scio carissimi moueri posse non nullos siue pios ut requirant. siue im-
pios ut reprehendant. quod postea quam panem tinctum suo tradi-
tori dñs dedit. introiit in illum satanas. sic enim scriptum est. & cum tin-
xisset panem. dedit iudae simonis scariothis. & post panem tunc introiit in